VERS. 12. — TIBI DEBETUR OMNIS SUBSTANTIA EJUS, ET OPORTET EAM TE ACCIPERE CONJUGEM. Hebræus : *Raguel habet filiam viduam, eeganti formâ, cujus nomen est Sara, et ego loquar cum illo, ut eam tibi tradat in uxorem; tibi enim composita est, atque tibi est in propinquitate*. Coniugia ferme sunt in Græco; et in versiculo sequenti angelus addit ad Tobiam : *Novi Raguel, quia non dabit eam viro alteri, juxta legem Moysi; vel reus erit mortis, quoniam hereditatem tibi convenit accipere, quam omnem hominem; collegitque, futurum ut post reditum è Rages nuptiæ, vel nuptiarum solemnitas celebrarentur*. In Hebræo Raguel obstrinxisse se sacramento perhibetur, nemini alieno daturum se filiam suam, sed viro tantum genitil, et è familiâ, quem rerum suarum omnium hæredem instituisse poterit. Scitum est, fuisse Moysen puellâ, quibus fratre carentibus domus sine hæreditas debebatur, nulli, præterquam, è tribu et familiâ suâ viro, nubere : *Nubant quibus volunt, tantum ut suæ tribus hominibus, ne commisceatur possessio filiorum Israël de tribu in tribum*. Legis hujus sanctione Tobie ducenda erat Sara, et in eunda Raguelis hæreditas. Prænam mortis, de quâ hic Græcus, nullam statuerat lex sive in patrem, qui necessariò maxime propinquo tradere filiam suam uxorem nollet, sive in illum qui nuptias hæcè respiceret.

VERS. 13. — DAMONIUM OCCIDIT ILLOS. Non addidit quod in Græco est, *ἔτι δαίμονες ἐπαί αὐτῶν, quia dæmonium eam amavit*. (Grotius.)

VERS. 15. — TUHO ERGO NE FORTE ET MIHI HEC EVENIANT. Græcus : *Timeo ne ingressus moriar, sicut priores, quoniam dæmonium diligit eam, quod non nocet cuiquam, nisi accedentibus ad eam*. Loquitur hic Tobias pro vulgari opinione censentis, puellæ amore dæmonem intulisse necem accedentibus ad Saram. Scriptura, si tamen Scripturam appellare fas est textum Græcum hujus libri, non uno in loco mendosum, opinionem hanc popularem minime probat, sed narrat tantummodo. Ita se gerat dæmon in Sara mortis, ut prociis in precos, amulos necabat. Saram utique amare non poterat ætatis flore et elegantia formæ illectus, minis etiam virtutis causâ, castitatis, pudicitia, quippe qui pater est impunitatis et criminis.

Veterum plures censuerunt, pravos angelos hominum venustate affici potuisse; in quam sententiam exposuerunt verba illa Genesios 6, 2 : *Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchre, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerat*. Hinc dæmones inveni et succubi, qui turpi commercio viris atque mulieribus abuti creduntur. Historiæ hæc de re innumerae narrantur apud auctores gravissimos et fidei exploratæ.

Sed opinio, quæ corpus angelis et dæmonibus tribuit, penitus ferè caret assertore, ut quò hodiè illam in Ecclesiâ tueatur, temeritatis notâ inveniendus sit. Si quis expendat vulgatas de commercio dæmonum cum viris ac feminis per quædam historias, intelliget, errantis esse potius animi delirium, et dæmonium pyrologias, quam verum quid et corporeum à dæmone prestatum. Quare nullâ ratione defendi potest, dæmonem Sara amore affici potuisse. Nec textus Græcus aliud narrat, quam cum, quæ insidabat Tobie, opinionem ex vulgi præjudicio, nullo suffragio eam opinionem sen probans sen profbandam lectoribus commendans.

VERS. 17. — HI NAMQUE QUI..... SUE LIBIDINI ITA VALEANT, SICUT EQUUS ET MULUS... HABET POTESTATEM DEMONIUM SUPER EOS. In Græco et

Vers. 20. — *In copulatione, pro, in copulationem, etc. q. d. : Orandum tibi secundà nocte, ut particeps fias meritorum sanctitatis, et privilegii patriarcharum; sicut tertîa*

Hebræo nihil tale hic legas; fert tantummodo Græcus, ne Tobias sollicitus sit de demone, neque ambigat utrum Saram ducat necne, Saram eadem illà nocte illi esse tradendam. *Tantum possunt demones, quantum secreto Dei arbitrio permittuntur. Si pro livore suo agere permitteretur, quis resisteret? Sed plerumque iudex supremus infestissimo huic tyranno eos permittit, qui se prius illi pro vita et licentiam manciparunt: Quod enim ipse sacre iniq̄ appetit, hoc Deus fieri non nisi iustè permittit* (Calmet.)

SICUT SOUTS ET MULUS. Nempè,

Fortis equus tunc semper adhinnit equæ. (Grotius.)

Ob quæ peccata demoni, contra homines, potestatem concedat Deus? — Concedit ipse quidem interdum ob aliqua, quæ si humani iudicii lance ponderarentur, essent non admodum gravia, uti apud Cassianum colat. 2. cap. 15, et 7. cap. 17, apud D. Gregorium lib. 1 Dialog. cap. 4, idque fit, ut ab omni delicto sive magno sive parvo fugiendum semper intelligamus. Est tamen ob ista miniora infrequentior potestatis huius concessio, vel ut à majoribus graviusque saltem valdè abhorreamus, dum novo exquisitoque supplicio ea persequi Deum videremus. Ea porro varia sunt: primam infidelitas, unde et sacro in Baptismo exorcismi: alteram hæresis, uti Nicephorus, lib. 6, cap. 5. A demone interfectum Otheolampadium scribit ipsenec Lutherus, lib. de Missâ angulari. Carolostadium Basilienses ministri, et ex iis Lutheranus Erasmus Albertus libro contra illum. Lutherum verò subitanè et improvisâ morte sublaturum cum liqueat, alii quidem aliter, sed plurimi suo cacodemone peremptum existimant, cum vocati ad eum medici morbum vel ignorare se fateantur, vel apoplexiam fingerent; ipse verò ejus medicus absens, Manlius, prout ipsemet in Locis narrat, fol. 754, cardiacam. Tertium est divinatorum sacramentorum vel contemptio, vel neglectio.

Santus tamen etiam cause quadam bonæ, cur et bonis nonnunquam molestum esse demoneum Deus patitur, sed aliâ tamen ratione quam improbis. Dum sponsos istos ille interimebat, nunquid et Sara et Raguel ejusque matri luctum non afferat? Sanè verò idè-

#### CAPUT VII.

1. Ingressi sunt autem ad Raguelem, et suscepit eos Raguel cum gaudio.
2. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ uxori suæ: Quam similis est juvenis iste consobriño meo!
3. Et cum hæc dixisset, ait: Unde estis, juvenes fratres nostri? At illi dixerunt: Ex tribu Nephthali sumus, ex captivitate Ninive.

nocte, ut proles ex uxore suscipere possis. Primâ enim orandum tibi ut demonium fugatur. Ergo trinocturnâ prece præmissâ, cognoscens demum uxorem tuam.

que et illum inimicam suum vocant infra, cap. 8, v. 18. « *Satanæ, inquit Cyprinus lib. de Oratione Dominicâ, potestas dupliciter adversus nos datur, vel ad penam, cum delinquimus, vel ad gloriam, cum probamur.* » Videatur Sulp. dial. 1, c. 14; Cassianus collatione 2, c. 28, sed questionum jam satis.

(Serarius.)

Vers. 18. — *PER TRES DIES CONTINENS ESTO.* Continentiam tuere per triduum ab inito conubio, usque tribus noctibus tu et uxore præcibus vacate. Primâ nocte prunis impone tel et jecur piscis; tum Saram à demone liberam futuram pollicer. Alterâ nocte, quam æges in continentia et prece, à Deo impetabis, ut in conubium tuum istem ac sanctorum patriarcharum conjugia bonis cumuletur; admitteris in consortium meritorum, felicitatis, bonorumque, quæ Deus illis largitus est; vers 20: *In copulatione sanctorum patriarcharum admittitur.* Tertiâ nox eadem ratione ac præcedentes acta, promerebit tibi benedictionem et fecunditatem, liberorum copiâ et incoluntate concessâ. Constat utique, potissimum conubii benedictionem esse fecunditatem et felicem liberorum corpore et mente rectè valentium procreationem; vers. 21: *Tertiâ nocte benedictionem consequeris, ut filii ex vobis procreentur incolumes.* His peractis, liber erit vobis communi usus ex proposito gignendi filios, non libidinis causâ; vers. 22: *Accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quam libidine ductus.* Monita utique digna sanctitate et puritate angelî adhortantis. Nihil aptius obsequium et admirationem erga Tobiam et Saram inspirat, quàm integrum et accuratum puræ adè et sublimis philosophiæ exercitium.

Christiana Religio suscit quidem, nunquam præcepit hanc nonnullorum post conubium dierum continentiam. Capitularia regum Francorum hortantur, ut biduum vel triduum in continentia et præcibus exigatur. Idem suadent Capitula Erardi archiepiscopi Turonensis, et plures rituales libri, sanè non vetustissimi.

(Calmet.)

Vers. 19. — *INCENSO JECORE PISCIS.* Non addidit quod in Græco est, *καὶ τὴν τριτὴν νύκτα, sumes cinerem suffitorum.* Neque enim mos videtur fuisse extra templum Deo suffitum facere, non magis quàm sacrificium. (Grotius.)

#### CHAPITRE VII.

1. Or ils entrèrent chez Raguel, qui les reçut avec joie.
2. Et lorsque Raguel eut envisagé Tobie, il dit à Anne sa femme: Que ce jeune homme ressemble à mon cousin!
3. Et après ces paroles il dit: D'où êtes-vous, nos jeunes frères? Ils lui répondirent: Nous sommes de la tribu de Nephthali, de la captivité de Ninive.

4. Dixitque illis Raguel: Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt: Novimus.

5. Cumque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem: Tobias de quo interrogas, pater istius est.

6. Et misit se Raguel, et cum lacrymis osculatus est eum: et plorans supra columnam ejus

7. Dixit: Benedictio sit tibi, fili mi, quia boni et optimi viri filius es.

8. Et Anna uxor ejus, et Sara ipsorum filia, lacrymate sunt.

9. Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, et parari convivium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandium.

10. Tobias dixit: Hic ego hodiè non manducabo, neque bibam, nisi prius petitionum meam confirmes, et promittas mihi dare Saram filiam tuam.

11. Quo audito verbo, Raguel exparit, sciens quid eveniret illis septem viris qui ingressi sunt ad eam: et timere cepit ne fortè et huic similiter contingeret: et cum nutaret, et non daret petenti ullum responsum.

12. Dixit ei angelus: Noli timere dare eam isti, quoniam huic timentî Deum debetur conjux filia tua: propterea alius non potuit habere illam.

13. Tunc dixit Raguel: Non dubito quòd Deus preces et lacrymas meas in conspectu suo admiserit.

14. Et credo quoniam idèd fecit vos venire ad me, ut ista conjungeretur cognationi suæ secundum legem Moysi; et nunc noli dubium gerere quòd tibi eam tradam.

15. Et apprehendens dexteram filia suæ, dextræ Tobia tradidit, dicens: Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob vobiscum sit, et ipse conjungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis.

16. Et acceptâ chartâ, fecerunt conscriptionem conjugii.

17. Et post hæc epulati sunt, benedictentes Deum.

18. Vocavitque Raguel ad se Annam uxorem suam, et præcepit ei ut prepararet alterum cubiculum.

4. Raguel leur dit: Connaissez-vous mon frère Tobie? Ils lui répondirent: Nous le connaissons.

5. Et comme Raguel disait beaucoup de bien de Tobie, l'ange lui dit: Tobie dont vous nous demandez des nouvelles, est le père de celui-ci.

6. Raguel se précipita vers lui et le baisa avec larmes; et pleurant sur son cou,

7. Il dit: Mon fils, que Dieu vous bénisse, car vous êtes fils d'un homme de bien, d'un homme très-vertueux.

8. Alors Anne sa femme et Sara leur fille commencèrent aussi de pleurer.

9. Après ces entretiens, Raguel commanda qu'on tuât un mouton, et qu'on préparât le festin. Et comme il les pria de se mettre à table,

10. Tobie lui dit: Je ne mangerai ni ne boirai point ici d'aujourd'hui, que vous ne m'ayez accordé ma demande, et que vous ne me promettiez de me donner Sara votre fille.

11. Raguel, à ces paroles, fut saisi de frayeur, sachant ce qui était arrivé à ces sept maris qui étaient entrés chez elle; et il commença d'appréhender que la même chose n'arrivât à celui-ci. Et comme il hésitait, ne répondant rien à la demande qu'on lui faisait,

12. L'ange lui dit: Ne craignez point de donner votre fille à ce jeune homme, parce qu'il craint Dieu, et que votre fille lui est due pour épouse; et c'est pour cela que nul autre n'a pu la posséder.

13. Alors Raguel dit: Je ne doute point que Dieu n'ait admis en sa présence mes prières et mes larmes.

14. Et je crois qu'il a permis que vous soyez venus vers moi, afin que cette fille épousât une personne de sa parenté, selon la loi de Moïse; ainsi ne doutez point que je ne vous donne ma fille.

15. Et prenant la main droite de sa fille, il la mit dans la main droite de Tobie, et dit: Que le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, et le Dieu de Jacob soit avec vous; que lui-même vous unisse, et qu'il accomplisse sa bénédiction en vous.

16. Et ayant pris une feuille, ils dressèrent le contrat de mariage.

17. Après cela, ils firent le festin, en bénissant Dieu.

18. Raguel appela Anne sa femme, et lui ordonna de préparer une autre chambre

19. Et introduxit illuc Saram filiam suam, et lacrymata est.

20. Dixitque ei: Forti animo esto, filia mea: Dominus caeli det tibi gaudium pro tadio quod perpessa es.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et advenit in domum Raguel. Et Sarra verò occurrit ei, et salutavit eum, et ipse eos. Et introduxit eos in domum. — 2. Et dixit Raguel Ednae uxori suae: Quam similis adolescens Tobit consobrinò meo? — 3. Et interrogavit eos Raguel: Unde estis fratres? Et dixerunt ei: De filiis Nephthali captivorum in Nineve. — 4. Et dixit eis: Noscitis Tobit fratrem nostrum? At illi dixerunt: Noscimus. — Et dixit eis: Vale? — 5. At illi dixerunt: Et vivit, et valet. Et dixit Tobias: Pater meus est. — 6. Et prostravit Raguel: et desolatus est eum et ploravit. — 7. Et benedixit eum, et dixit ei: Honesti et boni hominis filius. — Et audiens quia Tobit amisit oculos suos, tristatus est, et ploravit. — 8. Et Edna uxor ejus, et Sarra filia ejus ploraverunt. — Et susceperunt eos promptè: et immolaverunt arietem ovium et apposerunt obsonia plura. — Dixit autem Tobias ad Raguel: Azarias frater loquere, de quibus dicebas in itinere, et perlicatur negotium. — 9. Et communicavit verbum ipsi Raguel. Et dixit Raguel ad Tobiam: Comede, et bibe, et jucunde esto. — 10. Tibi enim filiolam convenit accipere meam: verumtamen indicabo tibi veritatem. — 11. Dedi filiolam meam septem viris; et simul atque ingrediebantur ad eam; moriebantur sub noctem. Sed in presentia jucunde esto. Et dixit Tobias: Non gustabo quidquam hinc: quoadusque stetis, et statutis ante me. — 12. Et dixit Raguel: Duce illam ex nunc juxta iudicium: tu verò frater es illius, et ipsa tui est. Misericors autem Deus prosperabit vobis optima. — 13. Et vocavit Sarram, filiam suam, et sumens manum ejus tradidit eam Tobiae uxorem; et dixit: Ecce juxta legem Moysi cum, et adduce ad patrem tuum. Et benedixit eos. — 14. Et vocavit Ednam uxorem suam; et sumens librum, scripsit syngrammam et obsignavit. — 15. Et ceperunt comedere. — 16. Et vocavit Raguel Ednam uxorem suam, et dixit ei: Soror, para alterum thalamum. — Et introduxe eam. — 17. Et fecit, sicut dixit. — Et introduxit eam illuc et ploravit: et suscepit lacrymas filiae suae, et dixit ei. — 18. Confide, filia: Dominus caeli et terrae, det tibi gratiam pro tristitia hac. Confide, filia.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 2. — ANNA. In Græco et Hebraeo est Edna. Consobrinum hic vocat Raguel patrualem suum Tobiam seniores, quem, v. 4, fratrem suum nominat, more Hebraeorum, qui cognatos omnes fratres appellant.

VERS. 5. — EX TRIBU NEPHTHALI SUUM. Hoc Tobias respondit, non angelus. Quamquam etiam hic, ut personam gerebat Azariae, potuisset idem cum veritate respondere, ut supra dixi c. 5, v. 17, vel de solo Tobia in plurali numero loqui (2).

VERS. 6. — ET MISIT SE RAGUEL. Supple in colium Tobiae, Græcè exiliit Raguel. Eandem phrasin habes c. 9, vers. 8. Porrò (3).

(1) VERS. 1. — ET SUSCEPIT EOS RAGUEL. CUM GAUDIO. In Græco additur: Sara autem eis occurrit et eos salutavit, id est, dixit illis: Χαίρει, ave. Vox est rara inventa. (Grotius.)

(2) VERS. 5. — CINQUE MULTA BONA LOQUERENTUR DE EO, DIXIT ANGELUS AD RAGUELEM, etc., cum loqueretur, scilicet de Tobia, adolescentis genitore. Græcus: Dixit eis: Vale? At illi dixerunt: Et vivit, et valet. Et dixit Tobias: Pater meus est. In veteri Latina versione Anna uxor Raguelis interrogat respondetque. (Calmet.)

(3) VERS. 7. — OPTIMI VIRI FILIUS ES. GRÆ-

19. Elle y mena Sara sa fille qui pleura.

20. Et elle lui dit: Ma fille, ayez bon courage. Que le Seigneur du ciel vous comble de joie, au lieu du chagrin que vous avez éprouvé.

19. Elle y mena Sara sa fille qui pleura. — 20. Et elle lui dit: Ma fille, ayez bon courage. Que le Seigneur du ciel vous comble de joie, au lieu du chagrin que vous avez éprouvé.

VERS. 11. — SEPTEN ISTI VIRI INGRESSI DICUNTUR ad Sarram, scilicet in thalamum nuptiale,

cus: Honesti et boni hominis filius; et audiens quia Tobias amisit oculos suos; tristatus est et ploravit. Vers. 8: Et Edna uxor ejus, et Sara filia ejus ploraverunt. In antiqua versione Raguel invadens collum juvenis, amplectitur plorans, ac benedictionem illi impetratur, utpote filio viri optimi et probi: loquique grave hoc infortunium, ut justus adeo et mansuetus homo lucis usuram amiserit. (Calmet.)

ET DIXIT: BENEDICTIO SIT TIBI, FILI MI. In Græco: Kai εὐλογήσαντες αὐτόν, et benedixit ei, nempe ut majores natu minoribus facere solebant, Marc. 10, 10.

BONI ET OPTIMI VIRI FILIUS ES. Sic Philoctetes ad Neoptolemum apud Sophoclem:

Ὁ πατήρ σου πατήρ, ἀγαθὸν σπέρμα ὀνάτῃ ἀμικῆ πατρί.

et alius: Ἀγαθὸν πατήρ ἐξ ἄγαθων γενέσθαι. Natus patre Grajugenim optimo.

Tales blandæ compellationes simul incitamentum sunt juvenibus ad virtutem. (Grotius.)

LACRYMATÆ SUNT, addunt Græca, id fecisse postquam audiverunt Tobiam amissivo visum oculorum. (Corn. à Lap.)

VERS. 9. — PRECEPIT OCCIDI ARIETEM. Græcus: Μακάριον ἐγένετο αριέτην, et apposuit ei-

sed non in complexum conjugalem (1). Nam c. 5, v. 8, in Hebræo et Græco expressè dicitur, demonium illos septem occidisse, priusquam cum eâ ipsi fuissent, ut in mulieribus, id est,

baria multa, vel ingentes epulas. Quanti hospites faceret significaturus Raguel, lauto convivio ac dapibus copiosis illos exceptit.

Ab hoc versiculo usque ad 18, Græcus longè discrepat à Vulgatâ: Dixit Tobias ad Raphael: Azaria frater, loquere de quibus dicebas in itinere, et perlicatur negotium. Et communicavit verbum et dixit Raguel ad Tobiam: Comede, et bibe, jucunde esto; tibi enim convenit filiolam meam accipere; verumtamen indicabo tibi veritatem. Dedi filiolam meam septem viris, et simul atque ingrediebantur ad eam, moriebantur sub noctem. Sed in presentia jucunde esto. Et dixit Tobias: Non gustabo quidquam hinc, quoad usque stetis, et statutis ante me. Et dixit Raguel: Duce illam ex nunc juxta legem. Tu verò frater es illius, et ipsa tui est. Misericors autem Deus prosperabit vobis optima. Et vocavit Sarram filiam suam, et sumens manum ejus tradidit eam Tobiae uxorem. Si hic locus cum Vulgatâ conferatur, discrimen utriusque statim sentitur. S. Ambrosius in suis codicibus eadem ac in Græco legebat, scribens: Raguel præcipue formam honestatis expressit, qui contemplatione honestatis, cum rogaretur ut conjugium daret, vitia quoque filiae non tacebat, ne circumvenire petiorem tacendo videtur. Sanctus doctor non nisi sex viros Sarrae à daemone interfectos exhibet; sed memoria faciè lapsus est: numerus enim septem virorum non semel in hoc libro reperitur.

PRECEPIT OCCIDI ARIETEM. In Græco, καὶ θύσαντες τὸν ἀριέτην ubi θύσαν non est sacrificium (quod plerumque et ex origine significat, ab altero significatu antiquiore, quo θύω est suffragari, unde θύδωρ, odoram, et thus), sed quovis modo occiderunt, quomodo et Galli à Græcis Massiliensibus vocem acceptam usurpant. Sic idem verbum sumitur Matth. 22, 4. Luc. 13, 25, 27. Joan. 10, Act. 10, 13. Sequitur in Græco θύω, et rursum θύω: θύω, esto hilaris; verbi sunt Raguelis Tobiam invitantis. Idem loquendi genus in Græco Esth. 4, 11: θύω, respiciat à θύω, hilaris factus rez, ubi in Hebræo יָרַח עָיִן.

(Grotius.)

(1) Duce hic quam omnis voluptas etiam conjugii sit et instabilis. En tibi hi sponsi in ipsis sponsæ nuptiis occiduntur, ut pluribus similibus contigit et sæpe contingit; unde proverbium est Ben-Sira: Sponsa ascendit in thalamum, neque quid sibi eventurum sit, novit. Nam, ut ait Seneca Epist. 26, « Incer- tum est, quo loco te mors expectet. Itaque tu illam omni loco expecta. »

Rursum discant hic conjuges castè ut conjugio, cæterique castè vivere, ne ab Asmodæo, æquæ ac impudicæ hi sponsi occiduntur. Ante paucos annos in Belgio existenti mihi narravit sacerdos gravis è Societate nostrâ, et missione castrensium, se militem quendam ob concubinatum infamem sæpius monuisse ut vitam corrigeret, sed frustra: quare tandem zelo et enthusiasmo actum minatum ei fuisse, edixisse nisi citò sese emendaret, experturum

priusquam uxori cum eâ consuetudinem habuissent.

Petes: Quid vult quod cap. 6, v. 14, dixit Tobias, demonium illos occidisse, quod ada-

acrem Dei vindictam. Ità factum, nam paulò post, Deus tempestatem, tonitrua ac fulmina cum horrendo fragore, omniumque terrore emisit, ac unicum illum in turpi concubina complexu unâ cum illâ, fulgure afflavit et sideravit, itaque in flagranti delicto corpus fulguri, animam gehennæ tradidit, omnibus succubantibus: Justus es, Domine, et rectum iudicium tuum!

THIBUS COEPIT NE ET HINC PORTE SIMILITER CONTINGERET. Laudat Raguelem S. Ambros. l. 5 Offic. c. 14. Raguel, inquit, præcipue formam honestatis expressit, qui contemplatione honestatis, cum rogaretur ut filiam suam in conjugium daret, vitia quoque filiae non tacebat, ne circumvenire petiorem tacendo videtur. Et paulò post: Justus vir, plus alienis timebat, et malebat sibi in nuptiam manere filiam, quam propter nuptias ejus, extraneos periclitari. (Corn. à Lap.)

Quot viri Sarrae mortui, et quales? Ambrosius loco citato numerat tantum sex. At isto libro, c. 6, v. 14, et infra, c. 8, v. 12, et hoc etiam c. 7, in Hebræo numerantur septem. Quales vero moribus fuerint, superior dictum: quales sanguine, dicendum. Opinor istos vel septem fratres illos fuisse, de quibus Matthæi 22, vel certè alios propinquos, quibus, ut in Ruthi expositione est, nuptia istæ debebantur. Nam primò Sadducæi quæ de notâ historici, probatè et sæpe inter Judæos disputatâ, loquuntur. Secundò, hâdem significatur omnes statim post nuptias mortui. Nam de primo dicitur γυναικας ἐκείνην, quasi diceret statim, idemque de reliquis subditur, quibus, superius, c. 6, versu 12, et hoc cap. 7, v. 14, dicitur, debere Sarram Tobiae, ejusque hæreditatem secundum legem Moysi, quasi videlicet ceteri propinquitatis gradus adhibiti jam essent, ad Tobiam res, jam rediisset. Quartò, quia causa illa non afferitur, cur septem istæ Sarra uxori esse non debuissent, quam quòd Deum non immeriti, versu 12. In hæc enim eos continentur cause, de quibus disputatum supra, cap. 6. Non fit verò apud S. Mattheum octavi lupus mariti, Tobie scilicet, mentio, quia ad questionem ibi propositam, ejusque intricatam difficultatem satis erant septem illi. (Serarius.)

VERS. 15. — APPREHENDENS DEXTERAM FILIÆ SUÆ, DEXTERE TOBIAE TRADIDIT. Videtis hæc veterem morem jungendi nubias. Pater, totius rei princeps, dexteram utriusque sponsi jungit, pro more Medorum, inter quos versabantur, familiaris in federibus, pacis, conviviis. Id non semel apud Scripturam et profanos recurrit, id pariter in ritu concubiorum apud Christianos servatur. In Græco legitur: Sumens manum ejus, tradidit eam Tobiae uxorem, et dixit: Ecce juxta legem Moysi, duc eam, et adduc ad patrem tuum; et benedixit eos. In Hebræo, filia suae manum tenens, dicit Tobia: Ecce, mi fili, hæc tibi desponsata esto, ut mos est in Juda et in Israel; quæ accepta, perge ad patrem tuum. (Calmet.)

*maræ Saram.* — Respondeo : Tobias tibi narrat quod ex vulgi fabulis hauserat. Unde verum est, Tobiam ita audivisse narrari ; sed non est verum ita rem habuisse. Falsissimum enim est, demonem humani generis capitalem hostem adamassæ Saram, cum neque animo tam casto delectaretur, neque sancta ipsius opera, verba, cogitata ei placerent, neque ex corpore illius quidquam ipse voluptatis haurire posset. Nam etsi negare nolum, demones cum aliquibus feminis inebri vice nonnunquam fungi, nunquam tamen concesserim, verum istic amorem intercedere, aut demoni voluptatem afferre ; quin potius odii lethiferi et tormenti genus id esse crediderim. Erga Saram verò tam castam, tam piam, nihil etiam ejusmodi leuiti demoni, qui pudicitia per seipsum tali modo vim afferre, aut corpus alienius subagitare nunquam potest, cujus non prius animam obscenâ libidine contaminarit, ex eoque vel tunc, vel ante, flagitiosi operis consensum non imperarit. Sic enim exigit ratio divinæ bonitatis et providentiæ, ut docent Cæsarius, Thomas de Cantiprato, et Martinus Delrio.

*Petes secundò : Quid pellexit tam multos procos ad expectandas nuptias Saræ, quas nõ rant prioribus illis tam infelicis accidisse ?* — Respondeo primò : Eximia virginis forma ; secundò, hæreditatis, quæ illi utpote unigenitæ, tota debebatur, aviditas ; tertio, ius propinquitatis : neque enim verisimile est parentes voluisse eam alteri quàm propinquiore tradere. Quartò, ardentissimus erga filiam amor de quo Ovidius lib. 9, Metamorph. :

*Ivanus fatemur amores.*

*Vers. 16. — Fecerunt conscriptionem conjugii (1), tabulis de more expeditis, quibus pacta convenia continebantur.*

(1) Grævus : *Vocavit Raguel Ednam uxorem suam, et sumens librum, scripsit syngrapham.*

CAPUT VIII.

1. Postquam verò cenaverunt, introduxerunt juvenem ad eam.

2. Recordatus itaque Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partem jecoris, posuitque eam super carbones vivos.

3. Tunc Raphael angelus apprehendit demonium, et religavit illud in deserto superioris Egypti.

4. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei : Sara, exurge, et deprece-

*Petes : Quo modo tam citò persuasum parentibus, ut primâ adventus Tobie horâ nuptias Saræ addicerent ?* — Respondeo, primò, ob ingenium nuptiarum filie desiderium, ac sobolis ex elprocereandæ, et sic familiæ suæ conservandæ ac propagandæ affectum ; secundò, ob conditiones sponsi, quo meliorem nec sperare poterant, nec optare ; tertio, quia ex lege debebatur illi, ut dixi c. 6, v. 12 ; quartò, ob Raphaelis qui paranympum agebat, insignem suadellam, sermonis gravitatem, personæ majestatem ; quintò et maximè, ob vim internam quâ Deus mentes parentum ad eas nuptias probandas impellebat. Ita Dionysius Carthusianus (1).

*et signavit ; seu potius, ob signavit sigillo. Mos connubialium tabularum vetustissimus est, et sero communis, præsertim verò apud eos qui cum polygamia uterentur, præter primi ordinis uxores, quas solemnî pompâ et scriptis tabulis ducebant, alias addebant inferiores absque pompâ, quarum liberi ab hæreditate excluderentur. Hebræus : *Mos, advocatis testibus, desponsant eam in conspectu eorum, qui et scripserunt ac sigillarunt instrumentum, quod summam dotis illi danda continebat.**

(Calmæ.)

*Fecerunt instrumentum authenticum, in quo conscripserunt conditiones et pacta conjugii, scilicet, promissa tam sponsi quàm sponse, ejusque parentum. Non dubitavit parentes, licet terribi nece septem sponsorum, dare Saram filiam Tobie ; tum quia Raphael vultus verborumque gravitate, imò majestate id suadebat, et securitatem spondebat ; tum quia Deus eos interius ad connubium hoc peragendum incitabat ; ita Dionys. Serar., et alii.*

(1) *Vers. 18. — Ut præpararet alterum cubiculum, rempe ne funesti loci conspectus Saram angoret.* (Grotius.)

*Vers. 19. — Et introduxit illic Saram filiam suam. Nam novæ nuptiæ apud Hebræos priores cubitum ducebantur, Genesens 29, 25. Idem mos Romanis. Catullus in Epithalamio,*

*Jam licet venias, marito :*

*Uxor in thalamo tibi est.*

(Grotius.)

CHAPITRE VIII.

1. Après qu'ils eurent souppé, ils introduisirent le jeune homme auprès d'elle ;

2. Et Tobie se souvenant des paroles de l'ange, tira de son sac une partie du foie, et la mit sur des charbons ardents.

3. Alors l'ange Raphaël prit le démon, et l'enchaina dans le désert de la Haute-Egypte.

4. Alors Tobie exhorta la vierge, et lui dit : Sara, levez-vous ; et prions Dieu aujourd'hui,

nur Deum hodie, et eras, et secundum eras, quia his tribus noctibus Deo jungimur ; tertîa autem transactâ nocte, in nostro erimus conjugio ;

5. Filii quippe sanctorum sumus, et non possumus ita conjungi, sicut gentes quæ ignorant Deum.

6. Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, ut sanitas daretur eis.

7. Dixitque Tobias : Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cæli et terra, mareque, et fontes, et flumina, et omnes creaturæ tuæ, quæ in eis sunt.

8. Tu fecisti Adam de limo terra, dedisti que ei adjutorium Evam.

9. Et nunc, Domine, tu scis quia non luxuriæ causâ accipio sororem meam conjugem, sed solâ posteritatis dilectione, in quâ benedicatur nomen tuum in secula seculorum.

10. Dixit quoque Sara : Miserere nobis, Domine, miserere nobis : et consenescamus ambo pariter sani.

11. Et factum est circa pullorum cantum, accessit Raguel servos suos, et abiit cum eo pariter ut foderent sepulcrum.

12. Dicebat enim : Ne fortè simili modo eveniret ei, quo et cæteris illis septem viris qui sunt ingressi ad eam.

13. Cumque parâssent fossam, reversus Raguel ad uxorem suam, dixit ei :

14. Mitte unam ex ancillis tuis, et videat si mortuus est, ut sepeliat eum antequàm illucescat dies.

15. At illa misit unam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos salvos et incolumes, secum pariter dormientes.

16. Et reversa nuntiavit bonum nuntium : et benedixerunt Dominum, Raguel videlicet, et Anna uxor ejus ;

17. Et dixerunt : Benedicimus te, Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus.

18. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, et exclusisti à nobis inimicum persequentem nos.

et demain et après-demain, parce que durant ces trois nuits nous sommes unis à Dieu par la prière ; et après la troisième nuit, nous vivrons dans notre mariage :

5. Car nous sommes enfants des saints ; et nous ne devons pas nous marier comme les païens qui ne connaissent point Dieu.

6. S'étant donc levés tous deux, ils priaient Dieu avec ferveur afin qu'il lui plût de les conserver en santé.

7. Et Tobie dit : Seigneur, Dieu de nos pères, que le ciel et la terre, la mer, les fontaines et les fleuves, avec toutes vos créatures qu'ils renforcent, vous bénissent.

8. Vous avez formé Adam du limon de la terre, et vous lui avez donné Eve pour être son aide.

9. Et maintenant, Seigneur, vous savez que ce n'est point pour satisfaire ma passion, que je prends ma femme pour être ma femme, mais dans le seul désir de laisser des enfants, par lesquels votre nom soit béni dans tous les siècles.

10. Sara dit aussi : Faites-nous miséricorde, Seigneur, faites-nous miséricorde ; et que nous vieillissions ensemble dans une parfaite santé.

11. Et il arriva, vers le chant du coq, que Raguel commanda qu'on fit venir ses serviteurs ; et ils s'en allèrent avec lui, pour faire une fosse :

12. Car il disait : Il sera peut-être arrivé à celui-ci la même chose qu'à ces sept hommes qui sont entrés chez elle.

13. Et après qu'ils eurent préparé la fosse, Raguel étant retourné vers sa femme, lui dit :

14. Envoyez une de vos servantes pour voir si l'est mort, afin que je l'ensevelisse avant qu'il fasse jour.

15. Sa femme envoya donc une de ses servantes qui, étant entrée dans la chambre, les trouva tous deux dans une parfaite santé, qui dormaient dans le même lit.

16. Et étant retournée, elle annonça cette bonne nouvelle. Alors Raguel et Anne sa femme bénirent le Seigneur,

17. Et dirent : Nous vous bénissons, Seigneur, Dieu d'Israël, parce que ce que nous avions pensé n'est point arrivé ;

18. Car vous nous avez fait miséricorde ; vous avez repoussé de nous l'ennemi qui nous persécutait ;